bras, las pongo aqui.

¶ Gregorius. 13. Ad futuram rei memoriam. Populis, ac nationibus nuper ex gentilitatis errore ad fidem Catholicam conuerſis expedit indulgere circa libertatem contrahendi Matrimonia, ne homines continẽtiæ ſeruandę minimê aſſueti, propterea minus libenter in fide perſiſtãt, & alij illorum exemplo ab eius perceptione deterreantur. Quoniam igitur ſępe contingit multos vtriuſque, ſed præcipuê virilis ſexus infideles poſt contracta gentili ritu Matrimonia, ex Angola, AEtiopia, Braſilia, & aliis indicis regionibus ab hoſtibus captos à patriis finibus, & propriis coniugibus in remotiſſimas Regiones exterminari, adeò vt tam ipſi captiui, quàm qui in patria remanent, ſi poſtea ad fidem conuertantur, coniuges infideles, tam longo locorum internalo disiũctos, an ſine contumelia Creatoris ſecum cohabitare velint, monere [vt par eſt] nequeãt vel quia interdum ad hoſtiles, & barbaras Prouincias, nè nuncijs quidem acceſſus patet, vel quia ignorent prorſus, in quas regiones fuerint trãsuecti, l. qa ipſa itineris lõgitudo magnâ afferat difficultatẽ. Id circa nos